Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ut omnes qui illic aderant
inestimabili suauitate re-
plerentur / ita ut per hoc
patenter agnoscerent. quod eam
laudes in celo suscepissent.
Ecce quo fine ex hac ui-
ta exiit / qui hic equani-
miter flagella tolerauit.

De magna humilitate
cuiusdam monachi. xvii.

Venerabilis quidam
monachus Marterius
nomine gratia uisitatio-
nis ex suo monasterio ad
aliud tendebat. Pergens
ergo leprosum quendam.
quem densis uulneribus ele-
phantinus morbus per mem-
bra fedauerat / inuenit in
uia / uolentem ad suum
hospicium redire / et lassi-
tudine non ualentem. Pro
uero itinere se ipse hospicium
prohibebat. quo idem mo-
nachus ire festinabat.
Uir autem dei eius misertus.
uestem suam super terram
expandit / ac desuper le-
prosum posuit / eumque
ueste undique constrictum
super humeros leuauit / secum-
que deferens detulit. Cumque
iam monasterio appropin-
quaret / spiritualis pater
eiusdem monasterii citius
aperire fecit. quia frater
Marterius uenit portans
dominum. Statim uero ut ad
monasterii aditum per-
uenit / is qui leprosus esse
putabatur / de collo eius
exiliens / et in ea specie ap-
parens / qua recognosci
ab hominibus solet redemp-
tor humani generis ihesus
christus / ad celum Marterio
aspiciente rediit. ergo a-
scendens dixit. Marteri
tu me non erubuisti super
terram / ego te non erube-
scam super celos. Cui mo-
nasterii pater mox ut in-
gressus est dixit. Marti-
ri ubi est quem portasti? Respondit.
Ego si sciuissem quis es-
set / pedes illius tenuissem.
Tunc idem Martirius nar-
rabat / quia tum eum por-
tasset / pondus minime
sensisset. Nec mirum.
Quomodo enim sentire pondus
poterat / qui portantem
portabat. De falsa con-
uersione. xviii.

Frater quidam ad con-
uersionem uenit / deuote